

repudiasset maritum, ac illum dimisisset. Hoc idem fecisse Salomon sororem Herodis narrat Josephus Flavius Hebraeus lib. 15. cap. 11. & ex eo Salianus ad Annum Mundi 4028. num. 8. scilicet ab eadem Salome repudiatum fuisse Costoborum maritum suum; eumque per dationem libelli repudii à se dimisissim esse, ita scribens: *Orto ergo inter Salomen, & Costoborum dissidio, Salome libellum repudii mariti mittit. Quod muliebri repudium refertur etiam à Cornelio à Lapide d. sup. 1. vers. 1. Deuteronom. & à Jacobo Pignatello d. consult. 93. num. 15. tom. 8. His accedit quod scribit Spondanus ad Annum Christi 362. num. 61. Julianum scilicet Imperatorem legem publicasse, qua statuebat liberum esse Uxoribus dimittere maritos, subdens; qua una lege infanus homo universos homines sub Romano Imperio constituit, mulierum levitati subicit. Sed his non obstantibus veritas est in contrarium, nam, ut ex Scoto in 4. dist. 33. quest. 3. in calce observat Emin. Card. de Laurea d. disp. 16. de Matrim. numer. 58. concessio repudii in lege Moysi non erat munda, sed viro tantum competebat, non è contra. Motivum autem, cur non etiam Uxorj fuerit concessa potestas repudiandi, illud erat, quia repudium fuit concessum ad vitandam Uxoriciam; si enim quoties uxor hebat ingrata, & molesta Marito, hic non potuisset se ab ea liberare per repudium, tentasset se liberare per occisionem ejus, & sic frequenter Uxoriciam à Judæis, cor perdidit nutrientibus, patratam fuissent. Hoc autem malum non urgebat ex parte Uxorum, quæ tamquam femina imbelles non poterant facile committere viciidia. Nec urgent rationes, seu exempla adducta in contrarium. Non primum de æqualitate servanda in contractibus, quia mulieres hebraeæ selebant se contrahere cum hac inæqualitate, & cum hoc onere, ut ipsæ possent dimitti à Maritis, dimittere autem illos non valent; & nihilominus contentebant in hoc onus, & in hanc inæqualitatem cum illa nubentes; propterea contra eas stabat regula, *Sciatis, & volenti non fit iniuria. cap. Scienti 27. de Regul. Jur. in 6. Exemplum simile allegari potest de Religiosis Societatis Jesu, qui post probationem bienni emittunt vota Religionis, à qua deinde ipsi non possunt amplius discedere; at ipsa Religio eos potest dimittere; quod videtur sapere iniustitiam, est enim quidam contractus desideratur contrahentium æqualitas, quæ deficit in his votis, cum obligatio promittentis sit omnino perpetua; non autem obligatio Societatis ea vota acceptantis. Respondet autem Sanchez lib. 6. in Decalog. cap. 9. num. 64. quod in his votis nulla iniustitia est, quia (inquit) scienti, & volenti iniuria irrogari nequit. reg. scienti, ac Reg. Jur. in 6. At emittentes prædicta vota norunt eam conditionem; nam ipsi traduntur antea legendum totum Societatis institutum, & biennio probationis considerandum; & specialiter hic punctus eis proponitur, quare cum libere eam scientes conditionem admittant, nulla est iniuria, eo vel maxime quod quilibet sue private utilitati velit renunciare. cap. Ad Apostolicam de Regularib. Ita Sanchez dicit, num. 64. ubi prolequitur allegando alia exempla inæqualitatis in contractibus, qui tamen in jure sustentuntur, ob expressum consensum partium, quæ cum eadem inæqualitate sponte contrahunt.**

Non obstat exemplum uxoris illius Levitæ, quæ maritum dimisit, & abiit in Bethlehem ad domum patris sui. *Juic. 19. 1.* quia discessit ab eo ob jurgia, & similitates reciprocas, non ob libellum repudii, quod Uxor misit marito, & sic separatio fuit eo ad thorum, & cohabitationem temporalem tantum, ut conspiciat ex lectura totius textus, in quo dicitur, ipsum Levitam maritum paulo post accessisse ad domum Socerj sui, à quo, &

ab ejus filia, Uxore sua, fuit benigne exceptus. Non obstat exemplum Salomes fororis Herodis, quæ repudiavit Costoborum Maritum suum: quoniam, ut ait Josephus d. lib. 15. cap. 11. ita agit contra morem Patriæ, & contra Legem Hebræorum de facto, & de potentia tanquam forer Regis, non ex ipsius legis permissione. Costomarus erat Idumæus, ut notat Salianus d. Ann. 4028. num. 8. inferior genere ipse Salome; cuius conjugium infelicissimum est existit; nam, præter divortium sibi ab Uxore datum, mortem quoque ab Herode cognato suo recepit, sic insigant, ac accusante eadem Uxore; verissimum est enim; quod scribit Tiraquellus *Connub. leg. 5. num. 37.* affinitatem scilicet potentiorum nocivam; & Uxores genere, aut divitiis elatas Maritos se inferiores opprimere; quare attendendum in conjugijs contrahendis quod cecinit Ovidius:

*Quam malè inæquales veniunt ad ætrata juvenes, Tam præclara buntili Femina nupta viro.*

*Non honor est, sed onus; species læsura ferentes, Si qua vobis apud nubere, nuba pari.*

Quo ad legem Juliani satis est respondendo dicere, & Desi.

Quo ad ultimum; in quo petitur, An hodie hoc Jus repudiandi Uxores vigeat inter Judæos; & ab eis licite possit praticari? Cessius in 3. part. D. Thome De Sacramento Matrim. cap. 5. num. 92. sub. 3. negativè respondet ad hoc questum his verbis: *Respondet, neque apud Judæos, neque apud Gentiles nunc permissum esse repudium; & si fiat, non solum vinculum Matrimonij. Ratio est, quia hæc dispensatio, sicut & Polygamia, per Legem Evangelicam est sublata, quando Dominus, Matth. 19. Matrimonia revocavit ad primævam institutionem, iuxta quam unus uni inseparabiliter adherere debet. Hinc Judæus, vel Gentilis habens plures Uxores, si ad fidem conversus fuerit, compellitur, cæteris dimissis, duntaxat primam retinere; est fortè illam repudiasset, modo ipsa simul converteret vel, ut desinit Innoc. III. in cap. Gaudemus. de Divort. Idem docent, ac tenent Cornelius à Lapide in d. cap. 24. Deuter. Vers. 1. in fin. Sanchez de Matrim. lib. 10. disp. 1. num. 9. & 10. ubi probat, Judæos, ac Gentiles nunc peccare mortaliter, si per Libellum repudii dimittant uxores; & hoc idem confirmat Basilius Pontius eod. tract. lib. 7. c. 50. num. 3. Jacobus Pignatellus dicit, tom. 8. consult. 93. num. 23. Emman. Gonzalez in d. cap. 1. ac Divortij num. 12. & ibi Transmierra De Polygamia quest. 7. per totam. Concordant doctissimi Salamanticenses eod. pariter tract. de Matrim. cap. 4. num. 26. quarum verba ne recedat Studiosius Lectorem audire, sicut me non piget ea transcribere, quæ sunt hujusmodi: *Sed talis licentia à Deo concessa Judæis revocata est à Christo Domino vel in morte ejus, in qua fuit Lex Moysi, vel in die Pentecostes, in qua promulgata est Lex gratiæ; vel, quod certius est, Matth. 19. ubi dicitur machari, qui uxorem dimiserit, & aliam duxerit, est etiam qui dimissam duxerit; quod pro Legge Evangelicæ sanctum esse docet D. Thom. 3. part. quest. 67. art. 4. ad 4. Et ex tunc esse prohibendum Libellum repudii docet in Canonico in cap. Gaudemus. 8. de Divort. & latè N. Dominicus tom. 5. cap. 23. Undè quia locis citatis revocavit Christus Dominus ad suum proprium statum, & vigorem Matrimonium, non statuendo novam legem, sed auferendo dispensationem, quæ circa indissolubilitatem Matrimonij fuerat à Deo concessa, relinquendo id in sua indissolubilitate naturali; jam illicitum est libellum repudii etiam in fidelibus, qui proinde peccant, si Uxores quæcumque de causa repudient. Et idè quando ad fidem convertuntur, cum priori nubere jubentur, nisi fortè Matrimonium fuisset nullum, sicut plura sunt Matrimonia infidelium, quæ abique legi-**

legitima forma contrahuntur, maxime si cum hac, vel illa femina solum ad tempus tacite, vel expresse nupserunt; quod judicandum est, quando inter illos contractu dimittendi uxores vigeat; quia cum apponeant conditionem contrariam substantiæ Matrimonij, erat nullum, ut habetur ex cap. fin. De conditionib. appositis.

DECISIO X. ARGUMENTUM.

Contra supra firmatam insolubilitatem Matrimonij obijciuntur exempla septem Regum, ac Principum Christianorum, qui dimissis primis Uxoribus, iidem viventibus, alias sibi conjunxerunt. Item Canones quinquè Pontificum, & Lex Justinij Imperatoris, in quibus censetur permessa solutio primi Matrimonij quoad Vinculum. Pariterque Verba Christi, Matth. 19. 9. quæ videntur concedere ejusdem Vinculi solutionem. Refutantur supraddicta exempla tamquam impia. Declarantur prædicti difficillimi Canones; & ostenditur in Verbis Christi, Matth. 19. 9. concedi dimissionem Uxorum, causa fornicationis, quoad thorum, & cohabitationem tantum, non autem quoad Vinculum Matrimonij, quod in Legge Evangelicæ est omnino indissolubile; duobus tantum Casibus exceptis, de quibus in Decision. seqq.

SUMMARIUM.

- 1 Matrimonia inter Christianos an dissolvi possint quoad Vinculum?
- 2 Constantinus Imperator filius Leonis, & Irene, repudiata Uxore, aliam duxit. An valide? & numer. 50. Anno 795.
- 3 Barda Patricius Constantinopolitanus aliam Uxorem duxit dimissa prima, Anno 858. An bene? numer. 52.
- 4 Lotharius Rex Francorum, repudiata Uxore Theutpergam, & ducit Valadradam Anno 862. & n. 54.
- 5 Carolus Crassus Imperator dimittit Richardam Uxorem, & aliam assumit. Et numer. 57.
- 6 Philippus Rex Galliarum repudiata Bertam Uxorem, & ducit Bertrandam, Anno 1094. & numer. 58.
- 7 Primislavus cognomento Orbecarus Rex Bohemie secundam ducit Uxorem vivente prima dimissa Anno 1260. Et numer. 59.
- 8 Fabiola Matriona Romana, dimissa Marito adultero, alii nubit. Et numer. 60.
- 9 Cap. Uxor. 32. quest. 7. relatum, & numer. 62. declaratum.
- 10 Cap. Quod proposuisti. ead. 32. quest. 7. relatum, & numer. 65. declaratum.
- 11 Cap. Concubuiti. d. quest. 7. relatum, ac expostum numer. 66.
- 12 Cap. cum in captivitate. 34. quest. 2. refertur, & numer. 67. declaratur.
- 13 Cap. Laudabilem. 1. de Convers. Infid. relatum, & numer. 68. expostum.
- 14 Justinij Imperatoris Constitutio pro libera solutione Matrimoniorum. Refutatur numer. 71.
- 15 Christi Domini Verba Matth. 19. 9. referuntur, & numer. 74. declarantur.
- 16 Matrimonia in Legge Evangelicæ sunt indissolubilia, si sint consummata.
- 17 Matrimonia dissolvuntur duobus in Casibus. Et qui sint?
- 18 S. Marci, ac S. Lucæ Verba de indissolubilitate Matrimonij.
- 19 D. Pauli Apostoli verba de eadem indissolubilitate.

- 20 Apostolorum Canones de eadem.
- 21 Eliberini Concilij de Anno 330. excommunicatio in conjugem alii nubentem, vivente primo.
- 22 Eliberis Urbis in Hispania, nunc dicitur.
- 23 Milevanj Concilij Decretum, ne conjugati alius nubant.
- 24 Milevum erat Urbis in Africa.
- 25 Africani Concilij eadem prohibita Anno 430.
- 26 Aurelianum Concilium facit eandem prohibitionem Anno 533. Aurelia Urbis ubi sit? ibid.
- 27 Forum Julij Urbis subdita Republicæ Venetæ.
- 28 Forojulienje Concilium Anno 800. damnat insolubilitatem Matrimoniorum.
- 29 Triburiensij Concilij Canon pro perpetuitate Vinculi Maritalis. Triburia illa ubi sit?
- 30 Nannetensje Concilium de eadem. Et Nannete ubi sit?
- 31 Florentinum Concilium super eadem perpetuitate.
- 32 Tridentinum Concilij Decreta circa eandem.
- 33 S. Evarij Pape de Anno 110. sententia de eadem insolubilitate Matrimonij.
- 34 S. Justinij M. & Athenagore verba circa eandem.
- 35 Ac S. Clementis Alexandrini.
- 36 Origenis quoque de Anno 220.
- 37 Terullianij etiam Verba de eadem.
- 38 S. Hieronymus idem docet anno 390.
- 39 S. Innocentij Pape I. Verba de eadem insolubilitate.
- 40 S. Augustini doctrina de eadem.
- 41 Ac S. Gregorij Magni de Anno 590.
- 42 Publicis Penitentibus olim prohibita Nuptiæ.
- 43 S. Anselmi Verba de Marimoniali Vinculi insolubilitate.
- 44 Alexandrij quoque Pape III. de Anno 1160.
- 45 Innocentij Pape III. Pariter Verba de eadem.
- 46 Cæca est omnis libido.
- 47 Luxuria extinguit lumen rationis.
- 48 Veritas adest in Aulij Principum.
- 49 Consiliarium bonum non habere, est Dei punitio.
- 50 Constantini Imperatoris filij Leonis, & Irene vitia.
- 51 Tarasius Patriarca quare non excommunicavit eundem Imperatorem?
- 52 Barda primus Imperatoris Minister superbus, & impius.
- 53 Pbotius quomodo, & quando factus sit Patriarcha Constantinopolitanus?
- 54 Lotharius iniuste dimisit Uxorem; ut aliam sumeret.
- 55 Nicolai I. sententia contra Lotharium, & Synodum Metensem.
- 56 Lotharii vitia punitio, & mors.
- 57 Caroli Crassi vindicta cælestis ob repudium Uxoris.
- 58 Bertæ Uxoris Philippi Regis Francorum iniusta dimissio.
- 59 Primislav Regis Bohemie, alias Orbecari Matrimonium solutum, quia Ratum, & Uxor ingressa est Religionem.
- 60 Fabiola per errorem nupsi secundo, vivente primo Marito.
- 61 Error non præjudicat Veritati.
- 62 Cap. Uxor. 32. quest. 7. tripliciter declaratur.
- 63 S. Ambrosius doctissimus etiam in Jure Civili Romanorum.
- 64 Conciliorum decreta prævalent dictis SS. Patrum.
- 65 Cap. Quod proposuisti. 32. quest. 7. quadruplex interpretatio.
- 66 Cap. Concubuiti. 32. quest. 7. declaratio.
- 67 Cap. Cum in Captivitate. 34. q. 2. expostur.
- 68 Cap. Laudabilem. 1. De Convers. Infid. interpretatio.
- 69 Theodorus Balsamon inimicus Romanorum Pontificum. Et cur?
- 70 S. Raymundus de Pefasori collegit in unum Canones Decretalium Anno 1230.

- 71 *Justini Novella de Divortio contraria est Veritati Evangelice.*
- 72 *Justini Imperatoris turpis vita.*
- 73 *Græcorum error circa solutionem Matrimoniorum. Abbas Papadopoli contra eos declinat. ibid.*
- 74 *S. Matthei Verba cap. 19. declarata circa divortia.*
- 75 *Card. de Lauræa, ac Maffrii interpretatio Verborum S. Matth. 19. 9.*

**Q**uarta Objectio, proposita in Decif. VII. n. 38. contra indissolubilitatem Vinculi Matrimonialis (provenientem à Lege Naturali, & Divina) fuit, quod multi Reges, & Principes Christiani per repudium Uxorum suarum, alias mulieres sibi in conjuges assumpserunt, quorum factu deduci videtur, quod prædictum Vinculum non sit indissolubile: idcirco in præsentem examinanda venit famosa illa questio, an in Lege Evangelica, & apud Christianos dentur casus, in quibus Matrimonium non solum rata, sed etiam consummata solvi possint quo ad Vinculum, itaque liceat Christianis dimittere primas Uxores, easque repudiare, deinde alias Uxores accipere? Prout etiam utrum Uxores repudiatae possint aliis Viris nubere? Et videtur affirmandum tum ex Historicis, tum ex Sacris Canonibus, tum etiam ex Verbis Christi. Quod vinculum Matrimonii dissolvi possit, videtur probari ex Historicis.

Primo ex facto Constantini Imperatoris Constantinopolitani, filii Leonis, & Irenes piissimæ Imperatricis; ipse enim Constantinus Anno à Nativitate Christi 795, ut scribit Emin. Card. Baronius, & ejus Compensator Spondanus ad d. Annum abdicata monse Januariæ, & Monasterio inclusa Maria legitima conjuge, eo falso pretextu quasi ea vice ipsius infirmitate esset, Menso Augusto Theodotem cubiculariam ducens, Augustam coronavit. Ergo solum censebatur vinculum Matrimonii cum Imperatrice Maria prima Uxore. Refert hoc factum etiam Emin. Card. de Lauræa de Matrim. disput. 16. num. 120. sed per æquivocum tribuit illud Constantino Copronimo, qui per annos antea viginti obierat, quique Avus fuerat Constantini hujus, Irenes filii, à quo repudiata legitur Maria Imperatrix, & in ejus locum assumpta Theodote.

Secundo, ex repudio, quod fecit Barda Patricius Constantinopolitanus Anno Domini 858. imperante Michaele III. à quo prædictus Barda summam Imperii administrationem erat affectus. Is enim Uxorem suam dimisit, & aliam sibi copulavit, ut narrat præfati Emin. Baronius, ac Spondanus ad did. Ann. 858. num. 4. etò ipsemet Eminen. de Lauræa repudium hoc attribuit eidem Imperatori Michaeli III. d. disput. 16. d. num. 20.

Tertio, ex Uxore Waldrada, quam dimissa prima conjuge Theutperga, sibi assumpsit Lotharius Francorum Rex Anno Domini 862. ut ibi scribunt Emin. Cardin. Baronius, ac ex eo Spondanus ibidem num. 4. qui prædictæ dimissionis, atque repudii causam refert his verbis: *Quod verò jam legitimo Theutperge Regina Matrimonio iunctus esset, egi cum Episcopis Regni sui, ut convocata Aquilgrani Synodo, actò ex ipsi Theutperge causa cognita, (que falsò accusata iunctus cum proprio fratre, referebatur etiam illi scelus publicè confessus) Matrimonium illud dissolverent, ipsaque Lothario, se incertinentem presententi, permisissent aliam Uxorem ducere. Quidquid fuerit in facto de veritate impacti incestus; exemplum hoc demonstrat, Episcopos illos cognovisse in iure, licitum esse Lothario accipere sibi in Uxorem Waldradam, dimissa Theutperga; ejusdem nexum maritalem arbitrandes, ac judicantes solum.*

Quarto, ex dimissione Uxoribus suæ Richardæ, seu, ut alii eam vocant Richildis, Imperatricis Au-

gustæ, quam à se expulsi Carolus Crassus Imperator Romanorum, Anno Domini 838. ut ibidem scribit Spondanus num. 1. est ex levibus quibusdam suspitionibus incontinentiæ ejus. Carolus Crassus filius fuerat Ludovici Regis Germanorum, Nepos Ludovici Pii, & Pronepos Caroli Magni Imperatorum; & sortitus erat cognomen illud ob superabundantem corporis pinguedinem, quæ deformis nimis evaserat. Defuncto Ludovico Balbo Imperatore Prædecessore suo; cum ex eo non extarent nisi tres filii: renerimæ ætatis, & ipse Carolus Crassus jam obtineret coronas tres, scilicet Germanorum, Francorum, ac Italorum; quorum omnium Regna ex obitu propinquorum ad se devoluta erant, & ipsorum Rex fuerat ipse constitutus; reportavit etiam Coronam Imperialem à Summo Pontifice Stephano IV. arbitrate ex Principibus Christianis nullum potentiorum illo futurum; ad Ecclesiam Catholicam defendendam, ac Apostolicam Sedem tutandam, ad exemplum Proavi sui Caroli Magni Imperatoris, ut latius differant Historici illorum temporum, ac notissime P. Antonius Foresti Societatis Jesu in Mappanund. tom. 2. lib. 23. cap. 7.

Quinto ex consensu repudio Bertæ legitimæ conjugis Philippi Regis Galliarum, qui Anno Domini 1094. ex causis sibi bene visis illam dimisit, & ex consensu plurimum Episcoporum Bertradam mulierem sibi in novam uxorem adjuvit, ut ex Ivone Carnotensi Episc. 13. & 14. notat Spondanus ad eundem Annum num. 2. ac ex Paulo Emilio de Rebus Francor. lib. 5. & 6. aliisque Historicis illorum temporum repetit Emmanuel Gonzalez in Comment. ad cap. Diligiti filii. 4. de Arbit. n. 2. tom. 1. pag. 770.

Sexto tandem, ex solutione Vinculi Matrimonii per dimissionem primæ Uxoris, ac susceptionem secundæ, vivente prima, quam fecit Primislavus Rex Bohemiarum cognomento Othocarus, de quo ita scribit Odoricus Raynaldus in Annalibus Ecclesiasticis ad Annum Christi 1260. num. 21. in Compend. Primislavus chiamato ancora Othocaro ripudiò la moglie, perché si diceva lei avere avanti il Matrimonio fatto Voto di castità, e la mise in un Monastero di Sacre Vergini, prendendo in luogo di lei la sorella di Bela Re di Ungheria. Concordat anteaominatus P. Ant. Foresti in Mappanund. tom. 6. lib. 9. pag. 227. in Vita ejusdem Primislavi Tertii Othocari, Quinti Regis Bohemorum, ita dicens: *Era egli contentissimo per quelle glorie guerriere; ma il suo contento non poco restava scemato, vedendosi senza prole a cagione della Regina Marghevita infeconda. Onde il Re per provvedersi di Successione, dopo matura considerazione, e con le debite facultà, fece pacifico divorzio con la Regina, che si ritirò in un Monastero; ed essa passò alle seconde Nozze con Cunegonda, nata di Filippo già Imperatore, che a non molto gli partorì Vincislav Quarto di questo nome. Et de hac Historia loquitur etiam Emman. Gonzalez in cap. Constitutis. 46. de Testib. n. 1. & 2. tom. 2. pag. 342. En igitur ex hoc, & aliis supra relatis exemplis, quod etiam in Lege Evangelica nexus maritalis solvi potest, & per repudium primæ Uxoribus, saltem ex aliqua urgente causa, devenire consensum fuit Marito ad secundas Nuptias; & ad alterius Uxoribus acceptationem, prima vivente; prout etiam Uxori, vivente primo Marito; ut.*

Septimo, ex facto Fabiæ Matronæ Romanæ, de qua scribit S. Hieronymus tom. 1. ad Oceanum, quod dimisso primo adultero Marito, secundum sortita erat Matrimonium; & refert Petr. Gregor. Tolpitanus Syntagm. Jur. p. 2. lib. 9. cap. 16. num. 8.

Octavo, Sed hæc solubilitas vinculi Matrimonialis, & facultas tum Viris, tum Feminis, eodem Vinculo soluto, ad alias nuptias transcendit, viventibus primo Marito, ac respectivè prima Uxore, videtur per Sacros Canones probari, Siquidem in cap. Uxor.

- 9 *Uxor. 32. quest. 7. ita ex Verbis S. Ambrosii super 1. ad Corinth. 7. legitur: Uxor à Viro non discedat, nisi causa fornicationis, quod si discesserit, aut maneat in nuptia, aut reconcilietur Viro suo; & Vir similiter non dimittat Uxorem. Ideò non subdit (notetur) de Viro, quod de Uxore præmissis; quia Viro licet ducere aliam. Si igitur dimissa Uxore ob fornicationem, licet Viro ducere aliam; vinculum prioris Matrimonii fuit per dimissionem Uxoribus solutum.*

Nonò: in cap. Quod proposuisti, ead. 32. quest. 7. in quo Gregorius Papa Tertius sic respondit Bonifacio Episcopo Episc. 4. videlicet: *Quod proposuisti, si mulier infirmitate correpta non valuerit debetum Viro reddere, quid ejus faciat jugalis? Bonum esset, si se permaneret, ut abstinentiæ vacaret. Sed quia hoc magnum est; ille, qui se non poterit continere, nubat magis; non tamen subditi opem subtrahat ab illa, quam infirmitas præcipit, non detestabilis culpa excludat. Ergo à ob infirmitatem Uxoribus, ea potest repudiari; & post repudium aliam ducere licet; & ita constat, prioris conjugii Vinculum fuisse solutum.*

Decimo: confirmatur objectio per textum in cap. Concubuit cum sorore Uxoribus tue? Si fecisti, neutram habes: & si illa, que Uxor tua fuerit, conscia sceleris non fuit, si se continere non vult, nubat in Domino cui vult. Tu autem, & adultera sine spe conjugii permanet; & quamdiu vixerit, iuxta præceptum Sacerdotis penitentiam agit. Itaque marito adulterante, ejus Uxor alteri potest nubere; & sic nubendo solutum est vinculum cum primo marito.

Undecimo: pro eisdem objectionis fulmine proponitur textus in cap. Cum in captivitate, 34. quest. 2. in quo proposita instantia Innocentio Papæ Primo per mulierem, cujus Marius, ea in captivitate detenta, aliam Uxorem sibi copulaverat; ita respondit Pontifex Episc. 9. ad Probum; *Statuimus, sicut catholica suffragante, illud esse conjugium, quod primitus erat gratia divina fundatum; conveniuntque secundæ mulieris, priore superstitie, nec divorcio ejeda, nullo pacto posse esse legitimum. Considerentur illa Verba: Nec divorcio ejeda. Ergo si prima Uxor fuisset per divorcium ejeda, idest repudiata, vel dimissa à marito, secundum conjugium validum, & legitimum habendum; scilicet ob solutum vinculum primi Matrimonii in divortio.*

Duodecimo: prædictis juribus accedit responsum Cælestini Papæ III. in cap. Laudabilem. 1. De Convent. Infidel. in quo, juxta secundam collectionem relata ab Anton. Augustino Collecti. 1. Decretor. lib. 3. tit. 20. cap. 2. & ab Emmanuele Gonzalez in eod. cap. 1. De Convent. Infidel. tom. 3. Decretal. lib. 3. tit. 33. cap. 1. cum Vir Christianus relicta Uxore apostatasset à fide, & mulierem Paganam sibi copulasset; ipsaque Uxor Christiana ad secundas nuptias convolasset, & filios suscepisset, Pontifex prædictus super hoc casu sic respondit: *Non videtur nobis, quòd si prior Marius recedat ad unitatem Ecclesiasticam, eadem à secundo debeat recedere, & resignari priori. Igitur solum fuerat Vinculum Matrimonii per recessum à Fide Catholica, quem fecerat primus Marius.*

Decimotertio: addipulatur præmissis Constitutio Justini Imperatoris per cum lata Anno Christi 566. & sui Imperii Anno primo; per quam omnibus hominibus indulgit, ut ad libitum propria conjugia, ex quacumque causa sibi bene visa, possent mutuo consensu Mariti, ac Uxoribus dissolvere, ad tollendas (inquit) altercationes, ac discordias, quæ irconciliabiles evadebant inter conjugatos ex indissolubilitate Matrimonii. Fuit Justinus Justiniani Imperatoris Nepos, idest Vigilantiæ ejusdem Justiniani fororis filius, & prædicta Constitutio legitur in Lib. Authentiar. statim post Novellas Constitutiones ejusdem Imperatoris Justiniani, & ejus Titulus est;

*Ut possit ex consensu dissolvi Matrimonium.* De eadem mentionem faciunt Emin. Card. Baronius, nec non Spondanus in Annalibus Ecclesiasticis ad Annum Christi 566. num. 3.

Decimoquarto, & ultimo: hucusque dicta, objectionis ejusdem favore, videntur omnia inniti verbis Christi Domini ab Evangelista Matthæo cap. 19. num. 9. relatis: *Dico autem vobis, quia quicumque dimiserit Uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur, & qui dimissam duxerit, mæchatur.* Igitur si à Christo Domino prohibita est dimissio Uxoribus, nisi ob fornicationem; ubi commissa fuerit per Uxorem fornicatio, (proprio nomine dicta adulterium) licitum erit repudiare illam, solvere vinculum Matrimonii; & aliam Uxorem ducere. Et ita intellexerunt supradicta Verba Evangelii Cajetanus, & Catharinus, ut refert Alphonsus de Castro Verb. Nuptie S. Quinta heresi. protestantes tamen se ita tenere, quia tunc nulla aderat Ecclesiæ definitio in contrarium; ut legitur apud Eminen. Cardin. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. num. 86. subditem: *Et certi fateri, quòd si Ecclesia, & Patres locum illum aliter non intellexerint, verba illa secundum obviam intelligentiam hanc sensum faciunt.*

His tamen omnibus, ac similibus minime obstantibus, firma, & constans est doctrina Ecclesiæ Catholicæ, quam firmavimus in d. Decif. VII. à numero. 23. & sequentibus, videlicet indissolubile esse vinculum Matrimonii, cujusque indissolubilitatem, ac perpetuitatem provenire à Jure Divino, & Naturali; adeo post Christi adventum nulla sit collata potestas in terris, seu dispensatio à Deo, ut solvi possit nexus Matrimonialis sive inter fideles, sive inter infideles, nisi in duobus casibus. Primo, si Matrimonium sit consummatum) quando alter ex conjugibus infidelibus convertitur ad fidem, alter vero non vult converti, neque vult habitare cum converso sive infidelis, vel infidelis; Secundo, si Matrimonium sit tantummodo ratum, non autem consummatum inter fideles, & Marius, aut Uxor velit ingredi Religionem, & in ea solemniter profiteri; vel super eo à Papa obtineatur dispensatio ob justam aliquam, ac urgentem causam; de quibus duobus casibus infra separatim, ac plene verba faciemus, nempe Decif. XI. Decif. XII. & Decif. XIII. XIV. & XV. His duobus casibus exceptis, nullus est in toto mundo, qui habeat facultatem solvendi Matrimonia quo ad vinculum; sive sit Princeps, Rex, aut Imperator; sive sit Ecclesiasticus Prælati, Episcopus, aut Papa, ut loquitur prælibatus Eminen. Card. de Lauræa d. disp. 16. n. 115. & hæc Veritas, quæ est de fide, probatur (præter ea, quæ diximus à Decif. VII. num. 23.) ex sequentibus.

Primo: ex Verbis Redemptoris nostri Marc. 10. 11. *Quicumque dimiserit Uxorem suam, & aliam duxerit, adulterium committit super eam.* Et si Uxor dimiserit Virum suum, & alii nupsit mæchatur, Prout etiam ex illis in Luc. 16. 18. *Omnis, qui dimittit Uxorem suam, & alteram ducit, mæchatur: & qui dimissam à Viro ducit, mæchatur.*

Secundo: ex Verbis Divi Pauli Apostoli 1. Cor. 7. 10. *Is autem, qui Matrimonio junctus sunt, præcepto non ego, sed Dominus, Uxorem à Viro non discedere; 19 quòd si discesserit, manere in nuptia, aut Viro suo reconciliari. Et Vir Uxorem non dimittat. Item ex aliis ejusdem Apostoli Verbis ad Rom. 7. 2. *Que sub viro est mulier, vivente viro, alligata est legi; si autem mortuus fuerit Vir ejus, soluta est à Lege Viri. Igitur vivente Viro vocabitur adultera, si fuerit cum alio Viro; si autem mortuus fuerit Vir ejus, liberata est à Lege Viri, ut non sit adultera, si fuerit cum alio Viro.**

Tertio: ex Apostolorum can. 48. ubi sic fit statutum ab initio Ecclesiæ: *Si quis Laicus Uxorem propriam petens, alteram, vel ab alio dimissam, duxerit,*

serit, communione privetur. Cur ita? Utique, nam pellens propriam Uxorem ex quacumque gravissima causa non solvit Vinculum Matrimonii. Hoc autem semper verum fuisse in Ecclesia Catholica patet etiam ex frequentibus Conciliis. Sicut enim

Quarto in Concilio Eliberato celebrato sub S. Silvestro Papa Anno Domini 310. sic fuit statutum in can. 8. Item Femina, que nulla precedente causa reliquerit Virum suum, & alteri se copulaverit, non in fine accipiat Communionem. Quia scilicet adulterio reputabitur, insolens remanente priore conjugio. Quod manifestis habetur in sequenti can. 9. Item si deus Femina, que adulterum Maritum reliquerit, si deus, & alterum duxerit, prohibetur, ne ducat; si autem duxerit, non prius accipiat Communionem, quam is, quem reliquit, de seculo exierit, nisi necessitas infirmitatis dero compulerit. Erat enim prohibitum alterum ducere, etiam ob repudium fornicationis causa sequitur, sub excommunicationis pena ex decreto huius Concilii Eliberati. Illiberis erat Urbs in Hispania, quae nunc dicitur Granata ex Plinio cap. 7. lib. 3. etiam alii putent, aliam fuisse, sed parum distantem a Granata, olim dirutam ob bellorum injuriam, cuius vestigia, & rudera adhuc ostenduntur in loco, seu pago appellato Elvira; ut notat Ferrarius in Lexico Geograph. Verb. Illiberis.

Quinto ex Concilio Milevitano, quod habitum fuit Anno Domini 405. sub Innocentio Papa I. In quo can. 17. ita fuit sancitum: Placuit, ut secundum Evangelium, & Apostolicam disciplinam, neque dimissus ab Uxore, neque dimissa a Marito, aliter conjugentur, sed ita maneat, aut sibi mutuo reconcilietur, quod si contempserint, ad Penitentiam relegantur. Legitur Canon iste etiam in cap. Placuit. 32. q. 7. Milevum erat Urbs Africae Episcopalis, sub Archiepiscopo Carthaginiensi, in qua fuit celebratum supra dictum Concilium, nunc dicitur Mela, teste Ferrario ubi supra Verb. Milevum.

Sexto: Supradictus Canon Placuit, &c. repetitur, ac renovatur fere isdem Verbis in Concilio Africano convocato tempore Bonifacii Papae I. Anno Domini 430. ut in eius Canone 69. Conciliorum tom. 1. pag. mibi 87. Dicitur autem Africanum hoc Concilium, quia habitum fuit Carthagine, tempore S. Augustini, qui in eodem praesens fuit tamquam suffraganeus Episcopus Hypponiensis.

Septimo: Ex Concilio Aurelianensi II. celebrato Aureliae (quae est Galliae Celticae ad Ligerim fluvium Urbs Episcopalis) vulgo Orleans, condita Anno Domini 528. ab Aureliano Imperatore, in quo quidem Concilio Anno 1532. tempore Joannis Papae II. in can. 11. sic decretum fuit: Contra Matrimonia, & coeundas infirmitate nulla voluntate contrarietate solvantur. Quod si quis ex coeundis fecerint, novissime se damnatione privandos. Hac utique ratione, quia Matrimonium Vinculum in Lege Evangelica est insolubile quacumque de causa, si consummatum sit, ut dictum est supra num. 16.

Octavo: ex Concilio Forojulensi convocato Anno Domini 800. circiter, in praefata Italiae Urbe Forum Julii dicta, quae Serenissima Reipublica Veneta est subjecta, & condita fuit post destructam ab Aetia Aquileiam; cuius Concilii tempore Sedem Apostolicam regebat Leo Papa III. in cuius Can. seu cap. 10. ita fuit a Patribus statutum. Item Placuit, ut resolutio fornicationis causa iugali vinculo (intelligendo quo ad thorum) non liceat Viri, quamvis adultera vivit, aliam Uxorem ducere, licet sit illa adultera: sed nec adultere (quae pariter gravissima vel poenitentia tormentum luere debet) aliam accipere Virum, nec vivente, nec mortuo, quem non erubuit de se deponere marito. Profertur Concilium rationem reddendo, & verba Evangelistae Matthaei in cap. 19. Vers. 9. declarando; quam declarationem iuvabit studiosos legere pro genuina intelligentia eiusdem Evan-

gelistici textus, ac Redemptoris nostri verborum, quae posita sunt supra num. 15. in Decima quarta objectione.

Nono: Probatur pariter insolubilitatem Matrimonii ex Concilio Triburiensti habito sub Bonifacio Papa VI. & Arnulpho Imperatore Anno Domini 895. in quo cap. 38. agitur de validitate Matrimonii cum liberta, id est cum ancilla manumissa iuri; & decretum: Ut quisquis liber libertam, legitime in Matrimonio duxerit, ulterius habere debet tamquam unam ex nobili genere progenitam, excepta fornicationis causa: & quomodo illa virum, nullam aliam accipiat. Triburia est Villa, quae Germanica lingua dicitur Trübir, & est sita ultra Rhenum propè Moguntiam, ut notatur in principio eiusdem Concilii positi in tom. 4. Concilior. pag. 26.

Decimo: Praemisiss Conciliaribus Canonibus ad stipulatur etiam Concilium Nannetense, quod fuit in immediato post Triburiensti, & censetur congregatum Anno Domini 900. exierit Nannet, quae est Urbs Galliae Celticae ad Ligerim fluvium, vulgo Nantois, condita a Nannete Rege Quinto Galliae, Anno post diluvium 300. ut notatur in Lexico Geographico, Ferrarii Verb. Nannetes; in quo Concilio, sub Pontifice Maximo Stephano VII. in cap. 12. sic fuit definitum: Si cuius Uxor adulterium perpetravit, & hoc a Viri apprehensum fuerit, & publicatum, dimittat Uxorem, si voluerit, propter fornicationem. Illa vero septem annis publice penitentia: Vir vero eius, illa vivente, nullatenus aliam accipiat. Ratio est manifesta, quia illa dimisso ob adulterium est quoad thorum, & habitationem, non quo ad solutionem vinculi maritalis. Unde concludit ibi Canon: Similis forma, & in muliere servabitur, si eam Vir ejus adulteravit.

Undecimo: Successit Concilium Florentinum Anno Domini 1439. in quo Eugenius Papa Quartus praesens fuit, & in eo, in Decreto Concordiae Armenorum, publicato die 22. Novembris eiusdem Anni, incipien. Exultate Deo &c. in p. 16. ita docuit, sancivit, & declaravit: Assignatur autem triplex bonum Matrimonium. Primum est proles suscipienda, & educanda ad cultum Dei. Secundum est Fides, quam unus conjugum alteri servare debet. Tertium indivisibile Matrimonium propter hoc quod significat indivisibilem conjunctionem Christi, & Ecclesiae. Quamvis autem ex causa fornicationis liceat tibi separationem facere; non tamen aliud Matrimonium contrahere fas est, cum Matrimonium vinculum legitime contractum sit. Quid manifestius, aut solidius.

Duodecimo: Et quoniam saeculo subsequenti eidem Florentino Concilio insurrexerunt Haeretici Lutherani, & Calvinistae, qui inherentes erroribus antiquorum haereticorum Montanistarum, Catharicorum, Graecorum, & aliorum, quos nominat Emin. Card. Bellarminus lib. 1. de Matrim. cap. 15. Emin. Card. de Laurea d. disput. 16. num. 4. Salettes de S. Inquisit. Reg. 288. & 292. ac Cotoniis Controv. 2. n. 96. lib. 5. docere non verebantur, Vinculum Matrimonii esse prorsus solubile ad sibi mutuo conjugatorum, & alios eorumdem haereticos errores convocatum fuit Concilium Tridentinum, a quo (Anno 1563. die 24. Novembris) Pio Papa Quarto in Romana Apostolica Sede sedente) in sess. 24. de Divina Matrim. cum praesens in principio, Matrimonium perpetuum, insolubileque nexum esse; inde sic sententiavit in can. 5. Si quis dixerit propter haereticum, aut mollem cohabitationem, aut affectum absentiam, aut cohibere, dissolvi posse Matrimonium vinculum: Anathema sit. Sebinder in can. 70. multo magis damnavit assertores solubilitatis eiusdem vinculi, ita sanciens: Si quis dixerit Ecclesiam errare, cum docuit, & docet iuxta Evangelicam, & Apostolicam doctrinam, propter adulterium alterius conjugum, Matrimonium vinculum non posse dissolvi; & utrumque, vel etiam

etiam innocentem, qui causam adulterio non dedit, non posse, altero conjugis vivente, aliud Matrimonium contrahere; macharique eum, qui, dimissa adultera, aliam duxerit, & eam, quae, dimisso adultero, alii nupsit: Anathema sit. En igitur concors Ecclesiae Catholicae doctrina, per quindecim integra saecula, in tot Conciliis exarata circa insolubilitatem Matrimonialis Vinculi. At non tadeat Lectorem Studiosum audire nonnulla testimonia Sanctorum Patrum, qui ab initio Ecclesiae per duodecim ferme continua saecula, insolubile esse Vinculum Matrimonii in quocumque casu repudii asseruerunt. Nam Decimotertio, Ut a Patribus Graecis exordiamur, S. Evaristus Graecus, & ad apicem Apostolatus ob eximiam ejus sanctitatem, & doctrinam evectus Anno Domini 110. in Epist. 2. haec de conjugii insolubilitate dicit: Uxori non licet dimittere Virum suum, ut alteri se, vivente eo, societ Matrimonio, licet fornicatus sit Vir ejus; sed iuxta Apostolum, aut Vir suo reconciliari debet, aut manere inopuit.

Decimoquarto: S. Iustinus Martyr in Apolog. 2. & Athenagoras, coetus cum eodem Sancto de Anno scilicet 150. in Apolog. pro Christianis, adulterum universim appellat eum, qui dimissam ab alio ducat; quod refert etiam Abbas Papadopoli in suis eruditissimis Praenotionib. Mithag. Resp. 6. Sect. 4. num. 14.

Decimoquinto: Clemens Alexandrinus, qui floruit circa Anno 190. in lib. 2. Stromat. haec scripsit: Quid autem constat Scriptura Uxorem ducere, & nec a conjugio unquam permittit discedere, legem aperti consueti. Non dimitte Uxorem, praeterquam propter fornicationem; adulterum autem oximiat conjugii Matrimonio, vivo altero ex separatis.

Decimosexto: Origenes, eiusdem Clementis discipulus Anno 220. fervidus Evangelicae doctrinae praedicator in Tracl. 7. super Matth. capit. 19. cum dixisset, repudium Uxorum, datum per Moysen Judaeis, esse revocatum a Christo, subdit: Quae enim ratione adultera est mulier, quamvis legitime nupte videatur viro vivente; eadem ratione & Vir, quamvis legitime accipere videatur uxorem ab aliquo viro, non accipit legitime secundam sententiam Salvatoris; sed magis machatur, quasi alienam accipiens.

Decimoseptimo: Tertullianus Anno 230. lib. 4. contra Marcion. ultra med. Marcioni objicenti Christum opposita statuit a Moyse docuisse, quod permittum a Moyse divorcium Christus vetuerit, Respondet: Minus veritum a Christo divorcium factum esse iuxta causa; sed vetitum sanè, post ipsum divorcium, conjugium alterum. Ex Latinis autem Patribus.

Decimoctavo: S. Hieronymus, qui scribebat Anno 390. in Epist. ad Amantiam ait: Quamvis vivit Vir, licet adulter sit, licet sodomita, licet flagitiosus omnibus cooperus, & ab Uxore propter haec scelera derelictus, maritus ejus reputatur, cui alterum virum accipere non licet. Habentur haec, & alia ejusdem Sancti Doctoris Maximi verba, & alia ejusdem in cap. 32. q. 1. & in cap. Omnes causationes. 32. q. 7.

Decimonono: Innocentius Papa I. sedens in Apostolatus apice Anno 402. ita scripsit in Epist. ad Exuperium circa finem. De his etiam requiritur Delectio tua, qui, interveniente repudio, alii se copularunt, quos in utraque parte adulteros esse manifestum est. Qui vero vel Uxore vivente, quamvis dissociatum videtur esse conjugium, ad aliam copulam festinant, neque poterunt adulteri non videri; in tantum ut etiam haec persona, quibus tales conjuncti sunt, etiam ipsa adulterium commississe videantur, secundum illud, quod legitur in Evangelio, Qui dimiserit Uxorem suam, & duxerit aliam, machatur; similiter, & qui dimissam duxerit, machatur: & ideo tales omnes a communione fidelium abstinendos.

Vigesimo: S. Augustinus Episcopus Hypponiensis, Doctor egregius, qui cepit laborare in Vinea Domini verbo, & scriptis ab Anno 420. in libro De bono conjugali cap. 7. sic loquitur: Interveniens divorcio non aboletur illa consideratio Nuptialis, ita ut sibi conjuges sint etiam separati; cum illis autem divorcium committant, quibus etiam fuerim post suum repudium copulati. Referuntur haec verba a Gratiano in cap. 1. 32. q. 7. & ibidem in 2. 3. & 4. cap. ejusdem sententiae testimonia praedicti Sancti Doctoris ex aliis ipsius libris collecta habentur, quae hic non tranferbo, cum facile sit ea legere in d. 32. q. 7. cap. 2. 3. 4. 6. 10. 26. & 27.

Vigesimoprimum: S. Gregorius Magnus, electus Summus Pontifex Anno 590. relatus a Gratiano in cap. His vero. 32. q. 7. ita docet: His vero, qui Uxores suas in adulterio deprehendunt, non licebit nec eum, nec eam aliam Uxorem accipere, vel alium Virum; quamvis ambo vivunt. Si autem adultera mortua fuerit, Vir ejus, si vult, nubat tantum in Domino. Adultera vero nunquam, etiam si mortua fuerit Vir ejus: omnibus tamen diebus vitae suae acerrime poenitentia lamenta persolvat. Tunc enim temporis publicam poenitentiam agentibus non solum interdictum erat Matrimonio antea contracto uti, sed etiam conjugio ante defuncto, novum Matrimonium superstiti poenitentia contrahere erat prohibitum, ut late probat Morinus de Sacram. Poenitent. lib. 5. cap. 21. & seqq.

Vigesimosecundo: S. Anselmus Episcopus Cantuariensis, qui floruit Anno 1081. in Comment. 5. Matth. 5. sic scribit: Hic praecipit non dimittere Uxorem, nisi tantum excepta causa fornicationis. Si enim ipsa reperit legem conjugii, potest eam homo a se separare, ut commixtionem illam auferat sibi quam violavit: sed tamen (notetur) Sacramentum conjugii remanet, ut non aliam ducat.

Vigesimotertio: Alexander Papa III. qui regebat Universalem Ecclesiam Anno 1160. sic respondit ad Abbatem S. Edmundi in cap. Ex parte. De Sponsalib. Nemini licet Uxorem suam sine manifesta causa fornicationis dimittere; & tunc eam sibi reconciliare debet, aut ipsa vivente continere. Eae ratione, quia non est solum vinculum maritale per dimissionem illam, ideo non potest aliam sibi in Uxorem assumere.

Vigesimoquarto, & ultimo Innocentius Papa III. creatus Pontifex Anno 1198. pluribus responsis suis hanc veritatem enunciat, sed praecipue ad Tyberiadem Episcopum, ut legitur in cap. Gaudemus, De Divortio, in illis verbis: Qui autem secundum ritum suum legitimum repudiavit Uxorem, cum tale repudium Veritas in Evangelio reproberit, nunquam ea vivente licite poterit aliam habere. Ecce igitur constans, & irrefragabilis doctrina Catholica, ab initio Ecclesiae usque in praesens, Concilii, Sanctorum Patrum, ac Summorum Pontificum testimoniis confirmata; quod nexum Matrimonii legitime contracti est insolubile, & quamvis ex causa fornicationis, seu adulterii unius ex conjugibus fieri possit dimissio, ac repudium adulterantis, alter conjux innocens, vivente repudiato, ac dimisso, non potest aliud Matrimonium inire, cum dret prioris Matrimonii Vinculum insolutum inter ipsam, & adulterantem; idque est inconsummum in utraque Schola S. Thomae, & Scoti ex eorum doctrina in 4. dist. 35.

Nec obstant Exempla Christianorum Principum, Regum, seu Imperatorum supra a num. 2. & seqq. adducta; ipsa etenim resolvuntur, & evacuatur tum generali, tum particulari responsione. Generaliter respondetur ad ipsa, quod eorum divortia, ac nova Matrimonia non processerunt a lumine Veritatis, sed è tenebris impudici amoris; hinc S. Ambrosius aiebat, quod vacca est omnis libido, ut notat Corne.

Cornelius à Lapide in *Genes.* 19. 11. quo loci habetur, quod populus *Sodomorum* (qui abuti volebant Angelis hospitantibus in domo Loth) ipsi Angeli percussissent cecitate. Quare S. Thomas 2. 2. *question.* 53. art. 5. ad 1. ait, quod *Ira*, & *Ividia* causant inconstantiam, perturbando rationem ad alios; sed *Luxuria* totaliter extinguendo iudicium rationis. Et Aristoteles *Ethic.* lib. 7. cap. 6. *Incontinentia concupiscentia totaliter rationem non audit.* Quapropter cum prafati Imperatores, ac Reges libidine agitarentur, auti sunt Uxores proprias dimittere, & pellices asumere, contra Christianam Religionem, ac Evangelicam Veritatem. Nec satis est dicere, eis non desuisse Consiliarios optimos, à quibus doctentur Veritatem: Nam replicatur, ut plurimum asertos optimos Consiliarios deesse; unde Ludovicus XI. Rex Gallie cum diceret, rem unam in abundantissima Aula sua sibi desicere, interroganti: *Quenam esset?* respondit, *Veritas*, ut referi dem à Lapide in *Exod.* 18. 12. addens quod Democritus dicebat, *Veritatem in profundo putei deliterere.* At etid Consiliarii boni existant, sepe permittit Deus, ut his Reges non credant, sed assentatoribus, qui dicunt *malum bonum*, & *bonum malum*; *lucemque tenebras*, & *tenebras lucem*. *Isa.* 5. 20. & in peccam culpam, quibus, qui regunt alios, conscientias proprias onerant, finit eos Deus vel non credere veritatem dicentibus, vel eam qui dicant non habere, iuxta illud: *Auferam à vobis Consiliarium*, & *Sapientem*, & *prudenter eloqui mystici*. *Isa.* 3. 7. Igitur nil mirum, si allegata exempla nullam faciunt auctoritatem, cum processerint vel à Viris à libidine obsecratis, vel à pravis consiliariis deceptis. Particulariter vero respondendo:

Ad factum Anno 795. Constantini Imperatoris Orientalis, dicimus, ipsum processisse ex manifesta iniquitate: nam, ut scribit ibidem num. 1. Spondanus: *Ex eius scelere magna sunt in ea Ecclesia inter Catholicos constata discordia; alii turpi adulterio illud approbantibus, alii vero magno opere detestantibus, qui eius rei causa persecutionem sunt passi. Evenerunt inter ipsos præcipui magis illi Abbates Platon, & Theodoros sudita, Orientalis Ecclesie lumina, &c. Habuit Constantinus adulatores, qui cum ad injustum illud divortium, & injustas secundas Nuptias inflammarent: habuit & bonos Consiliarios, quibus tamen noluit credere; unde subdit idem Spondanus num. 2. Restitit quoque Imperatoris cunctis viriliter Tarasius Patriarcha Constantinopolitani, etiam assue ad comminationem Excommunicationis, addo ut nulla arte adigi potuerit consentire expulsi Mariæ, & Nuptiis, ac coronationi Theodoti. Verum cum hæc per alium Psepheterum, Josephum nomine, Ecclesie Constantinopolitane Occasionem, peragi curasset Imperator, gravi angustia pressus. Tunc, veritas nimis exasperando Imperatoris animum (miranti, iam se majorem exemplo Sacras Imagines exturbaturum) faceret cum desertorem fidei Catholicæ, & persecutionem Ecclesie, sic illum erroris redarquit, ut tamen Ecclesie communi non provocaret. Quis ex tam scandalosa operatione Imperatoris Constantini, moniti, reprehensi ac à tot Sanctis Viris increpati, & nihilominus incorrecti, argumentum liciti secundum conjugii, vivente prima Uxore, etsi dimissa, delumet?*

Ad repudium Bardæ Supremi Ministri Michaelis III. Imperatoris Constantinopolitani Anno 848. paratum eadem responso datur: Bardæ enim processit ex superbia ob gradum primi Ministri, quem obtinebat; & ob libidinem, qua agitabatur, repudiavit legitimam Uxorem, & aliam sibi copulavit adulteram; unde à S. Ignatio Patriarcha ejusdem Urbis Constantinopolitane excommunicatus fuit, quem Bardæ tanto odio insequutus fuit, ut post exitum, ac alias vexationes plurimas, calumniosè ac

cusatum de conspiratione adversus Imperatorem, è throno impiè depositus, & in eius Sedem Patriarchalem Photium Eunuchum posuit, qui acerbissimi Schismatis cum Ecclesia Romana, & aliorum majorum plarium auctor fuit; ut latius differunt Historici illorum temporum, Cyropolates, Cedrenus, & alii, à quibus Emin. Card. Baronius *dist.* Anno 848. ac Spondanus *ibid.* numer. 4.

Ad Lotharii Francorum Regis confimile scandalosum Theutpergæ Reginae, ac Uxoris legitime repudium Anno 862. propositum, ut Waldradam ad ulterino nexu sibi conjungeret, pari modo respondetur, fuisse actionem; ac dimissionem iniquam; à Nicolao Papa I. repressam, etsi ab iniquis Judicibus in Concilio Metensi laudatam; ut narrat Spondanus Anno 863. num. 3. his verbis: *Hoc eodem anno habita est in Gallia, Mensis Junio, Metensis Synodus; in qua corruptis occisio Sedis Apostolicæ Legationis, confirmata est expulso Theutpergæ Reginae legitime Uxoris Lotharii Regis, & Waldradæ pellicis subintroductio.* Sed de his omnibus facta relatione Nicolao Summo Pontifici, revocavit ipse, ac damnavit in Lateranensi Concilio impiè gesta, Episcopos illos communi privavit, & ipsum illorum conventum non Synodum, sed tantquam adulteris faventem, prostibulum appellavit. Mox excommunicavit Lotharium, donec Waldradam eieceret, & reassumeret Theutpergam Regina; sed dissimulavit ipse obedire; donec morte Nicolai Papa audita, ac Hadriani II. Pontificis Successoris electione intellecta Anno 868. Romam accessit, & eidem Pontifici falso asseruit, se Waldradam expulisse. At Pontifex sub comminatione Divina punitionis, si ita non esset, Lotharium, ac Nobiles eius Comites Sacra Communionem refecit. Sed quid? *Lotharius letus Roma recedens, morbo in itinere correptus est, & Placentiam egerè perduxit Mensis Augusto infeliciter spiritum redidit; ac ceteri pariter quicunque indignè communicassent, omnes eodem anno miserabiliter interierunt.* Ita Spondanus Anno 868. num. 4. Et Emin. Card. de Laurea *d. disp.* 16. num. 127.

Ad repudium Richardæ, seu Richildis Uxoris Regis Caroli Crassi, ac Imperatoris Anno 888. peractum, ad illius injustitiam offendendam satis est innuere celebrem punitionem in eundem Imperatorem à Deo immisam, quam P. Antonius Foresti in eius *Vita* lib. 23. cap. 7. narrat his verbis: *Questio videntur, che scandalizò il mondo tutto, cioè l'ultima crocchia alla fortuna di Carlo Grosso, avvegnachè li Tedeschi, ed i Francesi sentendo da una parte gli Italiani a trattare di rimettere in capo ad un Nationali la Corona d'Italia, & scorgendo dall'altra l'impotenza di Carlo, presò il di lui Nipote Arnolfo, naturale di Carlomagno, lo salutarono Imperatore; & tratte di desso al Grosso le insegne Auguste, gli danno per Reggia una cella sotto la tavola di Arnolfo stesso, che fu sì casso per fare le spese al Zio infelice, che a pena bastavano a non morire dalla fame. Nò tardò egli più di sei settimane à terminare li suoi giorni.*

Ad dimissionem Bertæ Uxoris Philippi Regis Francorum per eam factam Anno 1094. facile est responsum, quod fuerit iniusta, & novum eius Matrimonium irritum; siquidem ipse Philippus Rex fuit excommunicatus tum in Concilio Gallicano sub Legato Sedis Apostolicæ eodem Anno 1094. ut ibi narrat Spondanus num. 2. tum ab Urbano Papa II. in Concilio Claramonti Anno 1305. ut pariter ibidem advertit Spondanus n. 3. donec penitentiam agens, ac pellicem pellens ab eodem Urbano II. meritè absolutionem obtineret.

Ad Repudium, quod fecit Othocarum, seu Primislaus Rex Bohemie Anno 1260. de propria Uxore, ut aliam duceret, dici potest, quod ejus primum Matrimonium fuisse ratum, non autem consummatum, attestantibus Historici, quod Uxor

prima

59 prima, ante Matrimonium, Votum fecerat Virginitatis, & quod post Matrimonium ingressa est Monialium Monasterium; ubi profertendo solemniter Religiosam vitam, justam causam dedit Othocarum solvendi nexum maritale, & aliam Uxorem ducendi; quod fieri posse constat ex cap. *De sponsa-tam.* 27. qu. 2. ex cap. ex publico, Et ex cap. *Ex parte tua.* De *Convers. Conjugat.* novissime Concil. Trident. *d. sess.* 24. de *Matrimon.* can. 6. Vel dicamus, si professionem religiosam non emisit, quod Othocarum impetravit à Summo Pontifice dispensationem ipsius Matrimonii rati, non consummati, quem dari posse concedit Theologi, ac Canonistæ, ut demonstrat Emin. Cardin. de Laurea *d. disputat.* 16. art. 12. per tot. & probat Mastrus *dist.* *disp.* 7. de *Matrim.* num. 199. idcirco subdit Raynaldus ad *dist.* *Annum* 1260. num. 21. eundem Othocarum, seu Primislaus Regem se justificasse apud Summum Pontificem Romanum circa repudium prædictum.

Ad repudium Mariti factum per Fabiolam respondet S. Hieronymus *dist.* tom. 1. ad *Ocean.* eam illud fecisse per errorem, ac proinde prænitentiam egisse. Audiatur Sancti Doctoris Verba: *Fabiola, quæ, dimisso primo adultero marito, secundum sortita erat Matrimonium, quia persuaserat sibi, & putabat, à se jure Virum dimissum, nec Evangelii vigorem noverat, in quo nuberat universa causatio, & veniens Viri, feminis amputat, dum multa diaboli vitia vulnera, unum incauta vulnus accepit. Sed quid ego in abestis, & antiquis moror, querens excusare culpam, cujus penitentiam ipsa confessæ est.* Igitur Fabiola, dimisso primo marito adultero, eo vivente nupserat alteri per errorem. At error non præjudicat veritati. *l. Cum quidam. §. Quod dicitur. ff. de Acquiren. hered.* Dynus de *Regul. Jur.* cap. *Benevolentia*, num. 33. Et ex his omnibus evanitiis, & ex factis hominum videbatur fieri contra insolubilitatem Matrimonii.

Porrò difficillius videtur respondere objectionibus deductis ex tenore Sacrorum Canonum supra à numero 9. & infra allegatorum. Nihilominus ad cap. *Uxor.* 32. q. 7. ad illa Verba: *Non subit de Viro, quæ quidem verba dicuntur esse S. Ambrosii super Epistolam I. D. Pauli ad Cor.* cap. 7. Triplex datur responsio: Prima est, quod illa Verba non sunt S. Ambrosii; sed addita ab aliquo hæretico, ut fineret sibi aliquem Patronum illius opinionis; quod ipse probatur ex eo, quia alibi S. Ambrosius scribit totum contrarium; & docuit, neque Uxorem, nuptias contrahere, vivente altero, ut in ejus *Comentar. super 5. Luc.* cap. 16. Ita Eminentiis. Card. de Laurea *d. disp.* 16. de *Matrim.* num. 94. Secundum responso est, quod ea verba sunt intelligenda post mortem Uxoris adulteræ; itaut dicere voluerit S. Ambrosius, (si ejus sunt verba illa) licere Viro ducere aliam, præmortuam adulteram, non licere ipsi adulteræ nubere alii præmortuo Viro, quia antiquitus in peccam commissi adulterii, mulier tanti criminis rea non poterat secundum Matrimonium contrahere, quamvis esset præmortuus primus maritus, ut ex Concilio Forojulien. supra num. 28. & ex Morino de *Sacram. Pœnit.* lib. 5. cap. 11. notatum est supra num. 42. Ita Glossa in *d. cap. Uxor.* 32. q. 7. Tertia responsio est, quod S. Ambrosius retulerit dicta Verba ad concessionem Juris Civilis, cujus erat doctissimus; non autem ad Legem Evangelicam; itaut dicere voluerit de Jure Civili Vir, facto repudio, potest aliam Uxorem ducere; Uxor non potest alii Viro nubere. Ita Barbofa in *Collect.* DD. ad *d. cap. Uxor.* 32. qu. 7. ubi alios DD. hanc interpretationem approbantes citat. Quidquid sit de veritate, aut

vero sensu eorumdem verborum dato, licet non concessio, quod ea S. Ambrosius proliterit, cum habea- 64 mus tot Concilia contrarium docentia, horum diffinitiones amplectere debemus, quia hæ prævalent dictis Sanctorum Patrum, cap. *De libelli dist.* 20. cum hæc sint infallibiles, illa non. Ita idem Emin. Card. de Laurea *d. disp.* 16. num. 94. in *fin.*

Ad Cap. *Quod proposuisti.* 32. qu. 7. in quo videtur Gregorius III. dissolvere Vinculum Matrimonii ob supervenientem infirmitatem Uxoris; respondeatur Primò, ea verba non esse Gregorii III. quia in ejus septem Epistolis, tom. 3. *Concilior. par.* 1. contentis, non reperiuntur. Ita Eminentiis. Cardin. de Laurea *d. disputat.* 16. num. 133. & num. 161. nec non Barbofa de *Jur. Eccles. Unvers.* libr. 1. cap. 2. num. 60. ubi dicit, ea esse Beati Gregorii I. in Epistola ad Augustinum; sed Emin. Cardin. de Laurea subdit *d. num.* 161. illam nullibi potuisse reperire. Sed esto sit S. Gregorii Magni, vel Gregorii III. responderetur Secundò, intelligi de Sponsa de futuro, cum qua solvi possunt sponsalia ob supervenientem infirmitatem insanabilem, ut suo loco infra dicemus, agendo de Sponsalibus. Ita Eminentiis. Cardin. Bellarminus de *Matrim.* cap. 17. sed hæc responsio non placet Soto in *d. disp.* 33. q. 1. art. 2. ad *finem.* neque Emin. Card. de Laurea *dist.* num. 133. Respondetur Tertio, illum textum intelligendum esse de Uxore, quæ ante Matrimonium in initum erat inhabilis ad copulam ob infirmitatem insanabilem, puta quia erat arcta, & à marito non poterat carnaliter cognosci; idcirco Matrimonium erat nullum, ut explicabimus infra ad impedimentum Impotentie ad copulam, quod dirimit Matrimonium ex cap. *Ex litteris.* De *frigid.* & *Maleficiat.* Ita Valentia tom. 4. *disp.* 10. q. 1. *punct.* 7. *vers.* *Quintò obicit.* Carranza in *Summ. Concilior.* pag. 283. Menochius de *arbit. Judic.* casu 420. num. 95. Sanchez de *Matrim.* libr. 7. *disp.* 80. num. 16. *vers.* ad 5. Et quia textus videtur loqui de Matrimonio valido, post cujus contractum legitimum infirmitas supervenit, respondetur Quarto, intelligendum esse de Matrimonio valido quidem, sed tantum rato; non autem adhuc consummato, in quo Summus Pontifex potest dispensare, & ob legitimam causam ejus Vinculum dissolvere, ut concedunt omnes DD. in *cap. Ex publico 7.* De *Convers. Conjug.* Et nos infra docebimus de Matrimonio Rato Decif. XII. Ita Barbofa *d. lib.* 1. cap. 2. num. 60. in *fin.* & in *Collectan.* DD. ad *d. cap. Proposuisse.* 32. qu. 7. qui textus est sane difficilis, & opus esset, originale Epistolam, à qua Gratianus illum desumpsit, præ oculis habere, ut ea tota perspecta sensus horum verborum posset veraciter comprehendere; cum pro certo sit tenendum, Summum Pontificem non respondisse contra Evangelium, aut contra tot præcedentia Concilia, & dicta Patrum, quibus diffinitum erat, Matrimonium consummatum legitime in initum, ex quacumque supervenienti causa esse insolubile.

Ad cap. *Concubuisse.* 32. q. 7. in quo Zacharias Papa videtur concedere Uxori innocenti, quod, repudiato Marito adultero, & incestuoso, nubat in Domino cui vult; ipso autem Marito, ac adultera absque spe conjugii permanentibus: Respondetur, Pontificem intellexisse de conjugio ab Uxore contrahendo post mortem Viri prædicti adulteri, ac incestuosi. Ita Eminentiis. Cardin. Bellarminus *lib.* 1. de *Matrim.* cap. 17. & Emin. Card. de Laurea *d. disp.* 16. *ead. tract.* num. 145. ubi subdit, non esse frustratoriam illam Pontificiam declarationem; quia eum de Jure prohibitum sit conjugibus incestuosis, solum primo Matrimonio, per mortem unius ex ipsis, secundas Nuptias contrahere, *cap. Quidam.* 27. qu. 2. *cap. Si quis viduam.* & *cap. Si quis cum novera.* 32. *quest.* 7. Zacharias Papa declaravit, Uxorem incestuosi innocentem Mariti non esse comprehensam in illa

In illa prohibitione, & ideo post mortem Viri posse alii nubere.

Ad cap. Cum in captivitate. 34. qu. 2. in quo Innocentius Papa I. dixit, quod si prima Uxor non fuerit egesta per Autenticum, Maritus non potest permanere cum secunda; unde à contrario, si sit egesta per divortium videtur solvi Vinculum Matrimoniale, & posse permanere cum secunda: Respondet Emmanuel Gonzalez Comment. in cap. 1. de Divort. num. 13. his verbis: Dicendum est, ea Verba, nec utrovis egesta, referenda esse ad usum, quo Matrimonium nullum declaratur; quia celebratum fuit in gradu conjugum, & non in gradu solutorio, quo Matrimonium nullum declaratur, & non potest ad aliud transire: tunc autem late fieri divortium dicitur, cum verè Matrimonium nullum fuerit. Gloss. ibi V. Egesta, quana sequitur Turricremanus. Et hoc solutio intelligenda sunt textus in cap. Querimoniam, De Jurisdictione. Et in cap. 1. hoc tit. de Divortis. Huc usque Gonzalez.

Ad cap. Lautabilem. 1. De Convers. Infidel. in quo eum quidam Maritus apostatasset à fide, ac ejus Uxor postea alteri nupsisset, & demum eum primus Maritus iterum reversus esset ad fidem, ac suam Uxorem peteret, Cælestinus Papa Tertius, (creatus Pontifex Anno 1191.) ait, Non videtur nobis quod eadem à secundo debeat recedere, & resignari priori. Plures dantur à DD. resolutiones. Prima, ac precipua, quod illa Verba sint apocrypha; minime prolata ab illo Summo Pontifice, doctissimo, ac in scientia Sacrorum Canonum veratissimo; sed sint subinferta ab aliquo heretico, vel inimico ejusdem Pontificis. Duo sunt fundamenta hujus responsionis: Unum quod tempore Cælestini Tertii vivebat Theodorus Balsamon hostis acerrimus Romanorum Pontificum, à quo fuerunt canones compilati, & de quo ita scribit P. Antonius Foresti in vita ejusdem Cælestini Tertii in Mappamun. i tom. 3. Anno 1196. pag. 527. numer. 5. A' i tempi di Cælestino fero Teodoro Balsamone, riputato uno de' gran Scrittori dell' età sua, se l' asse, ed il libro contro i Romani Pontefici non avesse di troppo eccelsitata la sua gloria. Egli ne scrisse i suoi si ristola Patriarca Antiocheno, ma il su' solo il nome, perché il Patriarca Latino di essa Chiesa, sentendo come Signore, non permetteva, che vò si accollasse il Patriarca Greco ad inquietarla. Egli però sapendo, ciò essere per ordine de' Romani Pontefici, non lasciò ne' suoi scritti di lavorarli, e renderli odiosi a' Greci, principalmente nella sua compilazione de' Canon, inferenzione alli veri de' falsi, ed apocryphi. Idem observat, & notat Spondanus ad Annum 1193. num. 3. Aliud fundamentum est, quod in collectione Canonum in quinque Libris Decretalium facta per S. Raymundum de Penafort Anno 1230. iussu Gregorii Papæ Noni, prædicta verba, & responsum Cælestini III. quod Uxor illa non debeat à secundo recedere, & resignari priori marito; non reperiuntur, ut testatur antedictus Emman. Gonzalez in Comment. ad d. cap. 1. De Convers. infidelium num. 21. tom. 3. pag. 504. ideo non levis est suspicio, ea ab hæreticis, vel Schismaticis apposita. Sed estò, ea pronuntiasset Cælestinus III. responderetur secundò, esse intelligenda de Matrimonio rato, non consummato cum Apostata, quod à Papa dispensari potest, ut dictum est supra num. 59. Respondetur tertio, Cælestinum III. non ita definisse tamquam Summum Pontificem, seu ex Cathedra; sed se opinatum esse uti Doctorem privatum, forsitan quia eo tempore nonnulli opinabantur, per hæresim, sive apostasiam à fide solvi Matrimonium quo ad vinculum, & conjugem fidelem posse alteri nubere, quod postea falsum esse declaravit Innocentius III. Successor ejusdem Cælestini in cap. Quanto. 7. De Divortis. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. num. 130.

Ad cap. Lautabilem. 1. De Convers. Infidel. in quo eum quidam Maritus apostatasset à fide, ac ejus Uxor postea alteri nupsisset, & demum eum primus Maritus iterum reversus esset ad fidem, ac suam Uxorem peteret, Cælestinus Papa Tertius, (creatus Pontifex Anno 1191.) ait, Non videtur nobis quod eadem à secundo debeat recedere, & resignari priori. Plures dantur à DD. resolutiones. Prima, ac precipua, quod illa Verba sint apocrypha; minime prolata ab illo Summo Pontifice, doctissimo, ac in scientia Sacrorum Canonum veratissimo; sed sint subinferta ab aliquo heretico, vel inimico ejusdem Pontificis. Duo sunt fundamenta hujus responsionis: Unum quod tempore Cælestini Tertii vivebat Theodorus Balsamon hostis acerrimus Romanorum Pontificum, à quo fuerunt canones compilati, & de quo ita scribit P. Antonius Foresti in vita ejusdem Cælestini Tertii in Mappamun. i tom. 3. Anno 1196. pag. 527. numer. 5. A' i tempi di Cælestino fero Teodoro Balsamone, riputato uno de' gran Scrittori dell' età sua, se l' asse, ed il libro contro i Romani Pontefici non avesse di troppo eccelsitata la sua gloria. Egli ne scrisse i suoi si ristola Patriarca Antiocheno, ma il su' solo il nome, perché il Patriarca Latino di essa Chiesa, sentendo come Signore, non permetteva, che vò si accollasse il Patriarca Greco ad inquietarla. Egli però sapendo, ciò essere per ordine de' Romani Pontefici, non lasciò ne' suoi scritti di lavorarli, e renderli odiosi a' Greci, principalmente nella sua compilazione de' Canon, inferenzione alli veri de' falsi, ed apocryphi. Idem observat, & notat Spondanus ad Annum 1193. num. 3. Aliud fundamentum est, quod in collectione Canonum in quinque Libris Decretalium facta per S. Raymundum de Penafort Anno 1230. iussu Gregorii Papæ Noni, prædicta verba, & responsum Cælestini III. quod Uxor illa non debeat à secundo recedere, & resignari priori marito; non reperiuntur, ut testatur antedictus Emman. Gonzalez in Comment. ad d. cap. 1. De Convers. infidelium num. 21. tom. 3. pag. 504. ideo non levis est suspicio, ea ab hæreticis, vel Schismaticis apposita. Sed estò, ea pronuntiasset Cælestinus III. responderetur secundò, esse intelligenda de Matrimonio rato, non consummato cum Apostata, quod à Papa dispensari potest, ut dictum est supra num. 59. Respondetur tertio, Cælestinum III. non ita definisse tamquam Summum Pontificem, seu ex Cathedra; sed se opinatum esse uti Doctorem privatum, forsitan quia eo tempore nonnulli opinabantur, per hæresim, sive apostasiam à fide solvi Matrimonium quo ad vinculum, & conjugem fidelem posse alteri nubere, quod postea falsum esse declaravit Innocentius III. Successor ejusdem Cælestini in cap. Quanto. 7. De Divortis. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. num. 130.

Ad cap. Lautabilem. 1. De Convers. Infidel. in quo eum quidam Maritus apostatasset à fide, ac ejus Uxor postea alteri nupsisset, & demum eum primus Maritus iterum reversus esset ad fidem, ac suam Uxorem peteret, Cælestinus Papa Tertius, (creatus Pontifex Anno 1191.) ait, Non videtur nobis quod eadem à secundo debeat recedere, & resignari priori. Plures dantur à DD. resolutiones. Prima, ac precipua, quod illa Verba sint apocrypha; minime prolata ab illo Summo Pontifice, doctissimo, ac in scientia Sacrorum Canonum veratissimo; sed sint subinferta ab aliquo heretico, vel inimico ejusdem Pontificis. Duo sunt fundamenta hujus responsionis: Unum quod tempore Cælestini Tertii vivebat Theodorus Balsamon hostis acerrimus Romanorum Pontificum, à quo fuerunt canones compilati, & de quo ita scribit P. Antonius Foresti in vita ejusdem Cælestini Tertii in Mappamun. i tom. 3. Anno 1196. pag. 527. numer. 5. A' i tempi di Cælestino fero Teodoro Balsamone, riputato uno de' gran Scrittori dell' età sua, se l' asse, ed il libro contro i Romani Pontefici non avesse di troppo eccelsitata la sua gloria. Egli ne scrisse i suoi si ristola Patriarca Antiocheno, ma il su' solo il nome, perché il Patriarca Latino di essa Chiesa, sentendo come Signore, non permetteva, che vò si accollasse il Patriarca Greco ad inquietarla. Egli però sapendo, ciò essere per ordine de' Romani Pontefici, non lasciò ne' suoi scritti di lavorarli, e renderli odiosi a' Greci, principalmente nella sua compilazione de' Canon, inferenzione alli veri de' falsi, ed apocryphi. Idem observat, & notat Spondanus ad Annum 1193. num. 3. Aliud fundamentum est, quod in collectione Canonum in quinque Libris Decretalium facta per S. Raymundum de Penafort Anno 1230. iussu Gregorii Papæ Noni, prædicta verba, & responsum Cælestini III. quod Uxor illa non debeat à secundo recedere, & resignari priori marito; non reperiuntur, ut testatur antedictus Emman. Gonzalez in Comment. ad d. cap. 1. De Convers. infidelium num. 21. tom. 3. pag. 504. ideo non levis est suspicio, ea ab hæreticis, vel Schismaticis apposita. Sed estò, ea pronuntiasset Cælestinus III. responderetur secundò, esse intelligenda de Matrimonio rato, non consummato cum Apostata, quod à Papa dispensari potest, ut dictum est supra num. 59. Respondetur tertio, Cælestinum III. non ita definisse tamquam Summum Pontificem, seu ex Cathedra; sed se opinatum esse uti Doctorem privatum, forsitan quia eo tempore nonnulli opinabantur, per hæresim, sive apostasiam à fide solvi Matrimonium quo ad vinculum, & conjugem fidelem posse alteri nubere, quod postea falsum esse declaravit Innocentius III. Successor ejusdem Cælestini in cap. Quanto. 7. De Divortis. Ita Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrim. num. 130.

Et 131. & nos de eodem Cælestino diximus de Sacramento Penitentia Decif. XIX. sub num. 21. Vers. Ad sextum.

Ad Novellam Constitutionum Justinii Imperatoris de Anno 566. existentem in Libr. Authentico. sub Titulo: Ut possit consensu dissolvi Matrimonium. Satis est dicere pro ejus confutatione, contrariare Evangelicæ Veritati, & antecedenti Novellæ Constitutioni 117. cap. 10. Justiniani Imperatoris Prædecessoris, & Avi sui, quod legitur in Auth. Quod hodie. C. de Repudiis, & de qua meminit Basilus Pontius de Matrim. lib. 9. cap. 1. num. 9. Sed quibus moribus fuerit imbutus Justinus, narrat Spondanus ad d. Ann. 566. num. 3. his verbis: Sed ut ad Justinum redeamus, felix plañt ipse existisset, nisi avaritia, & turpi vita sciscasset, que ipso sui Imperii exordio laudabiliter peregrisset. At enim Evangelii, delictis eum desinxisse, & mollitie, in voluntatis obsecris voluntatur esse. Et paulò post: Atque sensim in detestata lapsus, hoc item anno, alia promulgata Constitutione, communi consensu consensu dissolvi Matrimonium posse sanciri; que quidem molè inter Justiniani Novellas 140. adnumerata habetur, eum ipse dicitur Justinus in ea reletur expressè, divorcium Justiniani de ea re fuisse sententiam. Nullus itaque roboris est Constitutio illa, quam Lex Justiniani Cæsaris Prædecessoris reprobavit, & tora Ecclesia Catholica anathematizavit. Et nihilominus ex hoc ludente fonte errorum solubilitatis Matrimoniorum, tamquam putidam aquam, hauriunt, & bibunt Græci Schismatici; contra quos declamat prælaudatus eruditissimus Abbas Papadopoli hujus nostri celeberrimi Gymnasii Patavini publicus Sacrorum Canonum Professor in d. suis Prænotionibus. Myllogogis, Resp. 6. sect. 4. à num. 12. & seqq. ubi cumulat in numeros penè Canones, & Patres, possimud Græcos, qui ab Ecclesiæ incantabilis, & successivis temporibus semper doegerunt. Vinculum Matrimonii consummati in Ecclesia Catholica fuisse, ac esse insolubile. Hinc quo ad Græcos Catholicos sub Regimine Ordinariorum Catholicorum viventes Clementis VIII. Anno 1595. Constit. 34. §. 5. ita sancit: Matrimonia inter Conjuges Græcos dicitur, seu divorcia quo ad Vinculum heri nullo modo permittant, seu patiantur, & si qua de facto processerint, nullas, & irritas declarent.

Restat, ut respondeamus ultimæ objectioni deductæ ex verbis Evangelii Matth. 19. in quibus Dominus noster dixit: Quicumque dimiserit Uxorem suam, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit, mæchatur; & qui dimissam duxerit, mæchatur. Ex quibus deduci posse videtur, Quicumque dimiserit Uxorem suam ob fornicationem, & aliam duxerit, non mæchatur; & qui dimissam duxerit, non mæchatur. At hæc deductio est erronea, falsa, & hæreticis, attentis tot, & tantis Conciliis, dictis SS. Patrum, atque Summorum Pontificum, supra allegatis, quibus definitum est, dimittentem adulteram Uxorem, ut aliam ducat, mæchatur; & eum, qui ducit adulteram dimissam pariter mæchatur. Igitur vera interpretatio supradictorum Verborum Christi Domini Matth. 19. g. est, eum fuisse locutum, & de dimissione Uxoris quoad thorum, atque habitationem tantum; & de dimissione quoad Vinculum pro alia Uxore ducenda. In prima dimissione dicit, eam esse licitam, si Uxor commiserit fornicationem, & facta sit adultera. In secunda dimissione dicit, non esse licitam, quia qui dimissa prima Uxore, etiam fornicationis causa, aliam duxerit, mæchatur; & qui illam dimissam duxerit, mæchatur. Ita omnes Scholastici, Moralesque Theologi, ac Canonistæ: S. Thomas in 4. sent. distind. 35. & ibidem Scotus, S. Bonaventura, Durandus, & alii. Gonetus tom. 5. tract. 8. disp. 5. num. 49. Sanchez de Matrimo. lib. 10. disp. 2. sub num. 3. ubi alios cumulat; Cotonius d. lib. 5.

libr. 5. Controvers. 2. cap. 3. num. 98. Thomas Tamburinus de Triplici Jure lib. 8. tract. 5. capit. 6. & præter Scripturam infra citandos, novissimè Emin. Card. de Lauræa, ac doctissimus Maffrius, quorum Verba tamquam Magistralia non me piget hic transcribere, pro majori Parochorum, ac Studentium gratificatione.

Itaque Emin. Card. de Lauræa d. disp. 16. de Matrimo. num. 93. ita loquitur: Hic autem rationibus, ac decretis suppositis manifestè claret, quanam sit sensus verborum Christi Matth. 19. 9. Quicumque dimiserit Uxorem suam &c. Sensus ergo est, quod cum Christus repudium in præcedentibus verbis, & omnem aliam dimissionem reproboverit; concedit, quod ex causa fornicationis possit dimittere Uxorem quoad cohabitationem, & thorum, non tamen quo ad Vinculum; ideoque si dimitteret aliam ducit, mæchatur; & qui dimissam ducit, mæchatur, quia vinculum non est solutum. Et sic patet, quod idem dicit Mattheus, quod Lucas, & Marcus.

Maffrius verò in 4. sentent. disp. 7. de Sacramento Matrimoni num. 188. hæc scribit: Ad fundamentum in oppositum junctum ex verbis Matth. 19. 9. Quicumque dimiserit Uxorem suam &c. respondeatur ex doctrina Patrum, Conciliorum, & scriptis Pontificum in repudio, seu perfecta dimissione quoad vinculum duo esse consideranda, nempe dimissionem unius, & potestatem ducendi aliam. Christus igitur in præfatis verbis hæc duo distinguit, & unum in causa fornicationis concedit, scilicet dimissionem; alterum verò, scilicet potestatem ducendi aliam, omnino abrogavit; alioquin esset manifesta contradictio cum præcedentibus verbis, quibus repudium, quod erat in Legge Moysæa permittum, & solutionem quoad vinculum omnino reproboverat. Solum ergo concedit illis verbis, quod ex causa fornicationis possit quis uxorem dimittere quoad cohabitationem, & thorum; non tamen quoad vinculum, nec in ullo casu permittit, licere aliam ducere, prore conjuge vivente, quia vinculum non est solutum; & sic patet, quod idem dicit Mattheus, quod Lucas, & Marcus, & in hoc sensu hunc locum expostis præsertim Augustinus lib. 2. de Adult. Conjug. cap. 9.

Hanc eandem explicationem faciunt omnes Scripturistæ in Comment. super Matth. cap. 19. 9. Nempè Lyranus, Abulensis, Maldonatus, Stapletonius, Cornelius à Lapide, Tirinus, Barradius, Menochius, & novissimè Magrius in fine sui Hierolexici, seu Dictionarii Sacri, in suis apparentibus contradictionibus Sacræ Scripturæ conciliatis ad d. Verba S. Matth. 19. Vers. 9. à Studiofis videndus. Ex quibus omnibus firmatur supra exposta doctrina, quod in Ecclesia Catholica vinculum Matrimonii legitime init, & consummatur est prorsus indissolubile, excepto casu conversionis sive indissolubile, si alter conjux nolit se convertere; & excepto casu Matrimonii rati, non consummati, si unus conjux velit ingredi Religionem; de quibus duobus casibus agendum est in sequentibus Decisionibus.

DECISIO XI. ARGUMENTUM.

Esti Matrimonia Infidelium sint insolubilia; ea tamen, etiam consummata, si unus conjux convertatur ad fidem, dissolvi posse ex Christi dispensatione, in favorem Fidei concessa, ostendit hæc Decifio. Circa quam solutionem quatuor gravissima Dubia examinantur, & resolvuntur. 1. Quo tempore prædicta solutio fiat? 2. An Conjux infidelis sit prius monendus, ut se convertat? 3. Quid De Sacram. Matrim.

agendum si infidelis non reperitur? vel ob nimiam distantiam moneri non possit? 4. An Conjux fidelis teneatur cohabitare cum infideli nolente se convertere, sed offerente secum vivere absque injuria Creatoris, & sine pertrahitione ad peccatum?

SUMMARIUM.

- 1 Infidelium Matrimonia sunt valida, & insolubilia.
2 Bigamia an officiat infideles?
3 Infidelium Matrimonia solum à Deo solvi possunt.
4 Inferior nihil potest in legem Superioris.
5 Infideles an possint mutuo dissenju solvere Matrimonium?
6 Christus tamquam Filius Dei concessit, solvi posse Matrimonium infidelis conversi ad fidem.
7 Dispensatio prædicta habetur non per Scripturam, sed per Apostolicam Traditionem.
8 Traditionibus Apostolicis Ecclesia regitur.
9 S. Pauli Apostoli verba circa Matrimonia Infidelium.
10 Prædicta verba sunt de consilio, non de Precepto.
11 S. Monica maritum habebat infidelem, patrem S. Augustini.
12 Fidelis an teneatur cohabitare cum conjuge infideli?
13 Discessus infidelis à fidele conjuge solvi vinculum Matrimonii.
14 Infidelium Matrimonia quando solvantur quoad Vinculum?
15 Solutionis eorumdem ratio.
16 Innocentii III. verba in cap. Quanto, & cap. Gaudemus. De Divort.
17 Solutio Matrimonii per conversionem ad fidem, quo tempore fiat.
18 Conditiones tres pro solvendo Matrimonio ad fidem conversi.
19 Matrimonium conversi ad fidem secundum solvi primum.
20 Cap. Si infidelis. 28. quest. 2. declaratio.
21 Fidelis conversus monere debet conjugem infidelem, ut convertatur.
22 Motivum prædicta an extrajudicialis sufficiat?
23 Jurex Ecclesiasticus, ac Laicus potest infidelem monere, ut se convertat, aliter &c.
24 Formula monitionis, & interpellationis Conjugis infidelis.
25 Moneri si Infidelis non possit, quid agendum?
26 Voluntas declaratur verbis, & factò.
27 Dispensatio Pontificia requiritur, si infidelis conjux moneri non possit.
28 Gregorii XIII. Bulla pro dispensatione cum conversi ad fidem ad hoc ut nova Matrimonia possint contrahere.
29 Dispensatione prædicta quando opus sit, & quando non?
30 Fidelis conjux an teneatur cohabitare cum infideli nolente converti? Quod teneatur. num. 31.
31 Quod non teneatur rationes plures.
32 Judæorum odium maximum in omnes Christianos.
33 B. Simonius pur excommunicatus vivens à Judæis.
34 Conc. Tolentani IV. Canon circa conjugem Infidelem.
35 Mulieres, & Vinum faciunt apostatate Septentres.
36 Drabomira Pagana Matris S. Venceslavi iniquitas.
37 Judæis conversis prohibita conversatio cum aliis Judæis.
38 Judæis non licet habitare extra Ghetto.
39 Cæsara Regina Persarum ad fidem conversa recusat cohabitare cum marito, nisi se convertat.
40 Temporum diversitas attendenda circa conversos ad fidem.